

Johann Friedrich Mayer    Johann Carl Eylenbergk

## **De Vulpeculis Simsonis ex Jud. XV. 4. adversus Bibliomastiges**

Wittenbergae: Henckelius, 1686

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746981120>

Druck    Freier  Zugang





49. d. 4.

44.

Ja-1092 (44)

1. Joach. Justus Rau de polibus sacrae paginae Gen 1753.
2. Jo. Heinrich Rufus structurae in Cantabachum Werthamerse  
4 Gen 1755.
3. Godof. Wegneri specimen quaestionum exegetiarum in hexameron  
creationis ad Gen 1. Infti. 1689.
4. Eusdem specimen clavis philologicae in priora commata Gen 1. ib. ed.
5. Jo. Andr. Darius de Caino contra necem praemunito. ad Gen 1,  
15. Gen 1601. reimp. ib. 1752.
6. Jo. Heinrich Rufus de Abrahami evocatione ex Vr. Gen 1601. reimp. 1752.
- # 7. Abrah. Calovius de mirabili cum filio DEI Jacobi lucta. Witab 1654
8. Jo. Casp. Krause de  $\eta\theta\gamma\pi$   $\gamma\theta\eta$  ad Gen ~~XLV~~ <sup>5. Witab 1708</sup>
- # 7. Geor. Sigism. Greerius de hinc religioni ab Abrahamo conferata  
ad Gen XXI, 39. Lips 1755
10. Jo. Friedr. Happella de vocatione Man ad Exod XVIII. Witab 1654
11. Theod. Dasperius de panibus facierum ad Exod XXV. et Leviticus  
XXIV. Witab 1692 reimp. ib. 1756.
12. Jo. Friedr. Lofiani de sacrificiis quotidianis ad Exod XXIX. et  
41. Lips 1710.
13. Jo. Christo. Ortelobius de jejuniis Moysi quadragesimali  
Exod XXXIV v 28. Lips 1702.
14. Christo. Sontagi paralipomena de ligis Sottin de Lips 1710.
15. Henr. Jac. von Baushuyfen de manipulo hederaceo ad  
Leuiticus XXXIII, 9 - 15. Fern. 1754.

16. Jac. Schnaldarius de vxore Moysi Aethiopsa ad Num. 1. Lips 1679.
17. Matth. Hellerus de Hebraeorum vestibus sinitatis ad Num. 27. v. 37. Tubing. 1701.
18. Jo. Christo. Ortlobius de morte Agaronis ad Num. 27. 29. xxxiii. 30. 39. Deuteron. 1. 6. Lips 1702.
19. Jo. Frischmuthius de Propheeta Moysi patri. ad Deut. xviii. 15. Lips 1675 reuif. ib. 1736.
20. Theod. Basilius de suspendio hominis lapidibus obruti ad Deut. 21. 22. et Gal. 111. 10. Witob. 1694. reuif. ib. 1736.
21. Just. Christo. Schomerus de arcanis Ichonae ad Deut. 27. 29. Rof. 1690.
22. Jo. Bartholomaeus de sepulchro Moysi ad Deut. xxxiii. 6. Lips. 1703.
23. Jo. Georgii Abichtii Commentarius ad Exod. in Josue. Lips. 1712.
24. Jo. Georgius Abichtius de statione solis ad Jos. x. 12. 10. 11. Lips. 1713.
25. 26. Jo. Georgius Abichtius de libro reus ad Jos. x. 13. et 2 Sam. 1. 10. Lips 1714.
27. Franc. Mr. Walkerus de iis qui per regentes sine conuocantes ca- lamo scribae intelliguntur. Ruit. 1734. ad Iud. 1. 10.
28. Jo. Friedr. Mayerus de vulpeculis Simsonis ad Jud. xvi. 4. Witob. 1690.
29. Seb. Schmidius de fascicula vinearum ad 1 Sam. xxvi. 29. Argent. 1660 reuif. 1731.
30. Jo. Christo. Ortlobius de Davidis delictis coram Achis 1 Sam. xxvi. vii. -vii. Lips 1706.

31. Jo. Andr. Schmidius de regina austri ad 1 Reg. I. 1. 1799. Jen. 1706.
32. Laur. Müllerus de origine regni Damasceni tempore Israelitarum ad 1 Reg. XI. 23. 24. 25. Lips. 1717.
33. Franc. Mr. Wackerus de poena flagellorum et scorpionum ad 1 Reg. XII. 14. Rintel. 1731.
34. Car. Frider. Berodius de hominibus a bestis eantibus ad 1 Reg. XVII. 6. Lips. 1703.
35. Henr. Gottlieb. Reimius de numero annorum regniis Je. hosakapatti ad 1 Reg. XXII. 42. 2 Chron. XXII. 31. 2 Reg. III. 1. et VIII. 16. Jen. 1740.
36. Henr. Gottlieb. Reimius de harmonia inter forami, Achaf. et forami ad 1 Reg. XXII. 51. 2 Reg. VIII. 22. 2 Chron. XXI. Jen. 1713.
37. Jo. Andr. Schmidius de Cifaco ad musices forami propheta ad 2 Reg. III. v. 15. Helust. 1715.
38. Jo. Enes. Müllerus de ~~II. 177~~ terra Jobi Lips. 1678.
39. Jo. Georg. Abichtus de Gele Jobi ad Job. XIX. 25. 26. 27. Lips. 1706.
40. Jo. Henr. Michaelis de seap. verborum Job. XXVIII. 25. ad fin. Hal. 1795.
41. Joh. Henr. Meakemius de apulo manus ori dato ad Job. XXXI. 27. Lips. 1711.
42. Jo. Trifschmuthus de Eli, Eli Lama Sabachani ad Ps. XXII. Jen. 1673.
43. Christo Sontagius de Sinodologia Catholica ad Ps. XXXIII. 6. Act. 1690. reus. ibid. 1706.
44. Gottlob Adolphus de Psalmis filiorum Korah. Lips. 1706.
45. Jo. Engel. Steuberus de peccato originis ad Ps. LII. Rintel. 1731.

46. Zach. Grapius de decoribus sanctitatis ab ostio aurorae et rore  
juventutis Messiae a M.C.X.V. Hoff. 1708.
47. Jo. Christi. Burgmannus de aurora in lege testimoniisque confirmanda  
Cap III. v. 20 Hoff. 1705.
48. Jo. Georgius Abichtus de oraculo Isaias Cap IX. v. 1. coll. Matth. II,  
15 Hoff. 1708.
49. David de gaudio gentium aduentu christi multiplicato. ad Jes. IX,  
3. Hoff. 1708.
50. Henr. Jac. van Baskuyffan de vexillo Messiae creto inter gentes.  
ad Jes. XI. 50. Lenz 1717.
51. Jo. Schmidius de epulo solenni in monte Zion ad Jes. XXVI,  
6. Hoff. 1713.
52. Christi. Benjamin Otto de sepulchro christi cum diuitis ad Jes. III,  
9. Hoff. 1700.
53. Jo. Andr. Daazius de Nuptiis redemptionis humanae. ad  
Jes. LIII. 10. 1. Pet. I. 18. 19. Jen 1700.
54. Josias Nervius Britius de jeremia inter prophetas majores  
primus Hoff. 1704.
55. Friedr. Schuettrius de nouo foedere. ad Jerem. XXXI. 31. 34 Hoff.  
1709.
56. Ernest. Friedr. Neubauerus de Michaele Archangelo non creato sed  
creatore Jesu Christo ad Dan. X. 13. 21. XII. 1. Jud. 9. Apocalyp. XII. 7  
1. Thess. IV. 16 coll. Zach. Cap III v. 2. Hal. 1732
57. Ernest. Friedr. Neubauerus de Michaele Archangelo vindicato. Hal. 1732
58. Geor. Friedr. Schroerer de principe Sagarum Gabrieli respicente.  
ad Dan. X. 13. Witel. 1729.
59. Jo. Schmidius de lapida septem oculorum pro expiandis peccatis  
ad Zach. III. 9 Hoff. 1716.
60. Jo. Andr. Schmidius noua oraculi Isaiarum Cap. I. 2. Hoff.  
615 Helfst. 1728.

<sup>28.</sup>  
Q. B. V.  
De

28

# Vulpeculis Simsonis

ex Jud. XV. 4.

adversus Bibliomastiges

SUB PRÆSIDIO

D. JO. FRID. MAYERI,

S. Theol. Prof. P. Alumno-

rum Electoral. Ephori & Templi

OO.SS. Præpositi Substituti.

*publicè dissetet*

AUTOR & RESPONDENS

J. O. CAROLUS Eynenbergf /

Numburgensis Mifn.

d. Julii A. O. R. cto Isc LXXXVI.

In Auditorio Theolog.



WITTENBERGÆ,

Imprimebat MATTHÆUS HENCKELIUS, Acad. Typogr.


31



Ad  
CLARISSIMUM JUVENEM  
DN. JOH. CAROLUM Eyllenbergi/  
Philosophiæ Candidatum,

Hujusqve dissertationis Autorem lon-  
gè dignissimum, Auditorem assiduum.

JO. FRIDER. MATER, DOCT. & PROF. P.

 Imul ac Te, mi Eyllenbergi, co-  
gnovi, magnam de Te ( fateor, qvòd res est ) su-  
stinui expectationem : qvâ etiam me nondum  
excidisse gaudeo. Insignes enim animi tui virtutes & do-  
tes haud minimas nobis hætenus declarâsti ; ex quibus  
sancta & princeps pietas, tùm singularis qvoqve eminent  
modestia, quibus nihil diviniq hominibq videtur esse con-  
cessum. De solidissimâ eruditione atq; doctrinâ tuâ egre-  
giâ nil dicam, cùm omnes, qvi Te norunt, eandem singula-  
riter prædicent, hocq; specimen publicè loqvatur : ut a-  
deò mihi inter præcipuos recti exempli juvenes numerari,  
& vitâ & doctrinâ in exemplum trahi posse omninò videar-  
is, Pergemodò, mi Eyllenbergi, istam viam gnaviter de-  
currere, cujus finem prope vides, & nullus dubito, qvinali-  
qvando gloriam virtutis comitem, & dignum susceptæ o-  
peræ sis adepturus præmium. Vale decus meum & deli-  
cium, & omnibus lætitiis prosperitatibusq; vive affluens.

JESU FORTUNANTE!

**H** usque proh dolor! progressa est hominum insania ac protervia; ut quod sua medicina animæ foret; non modo non amplectantur aut in oculis ferant, sed & nefandis, quantum dedecus! conviciis & obtreptionibus proscindant. Sacrum volo Scripturæ codicem, qui fluctantibus ex rerum male gestarum scelerumq; conscientia nobis in solatium auxiliumqve traditus Rom. XV. 4, nonnullis audaculis fere in contemptum abiit ludibriumq; si istud ex illorum sententia stetisset. Celeberrimus Vertumnus (Pontificios ut præteream quorum *Contemptum Scripturæ* peculiari commentario exposuit hujus Academiæ olim Professor *Wilhelmus Nigrinus*) & propter opinionum monstra ἀποσπράγγων *Benedictus Spinosa* quibus non blasphemis in istum debacchatus est? ut eundem hominum manus excuteret, libros nempe Pentateuchi, Josuæ, Judicum, Ruth, Samuelis Regum ab Esra fuisse compilatos, genuinos Mosis à Pentatevcho plane distinctos periisse, ne ultima ab ipso quidem imposta manu, aut iisdem sub examen revocatis; Paralipp. libris Judæ Maccabæi demum tempore inventis nec canonicis; Prophetarum vaticinia & Davidicos hymnos fragmenta tantum eorundem statuebat, Danielis, Esræ, Estheris atque Nehemiæ monumenta longe recentioribus adscribebat, & nullos in canonem relatos, sed Pharisæorum demum judicio selectos asserebat;

A 2 totum

totum codicem mendosum, truncatum, laceratum arguebat. Apostolos etsi Prophetæ fuerint tamen epistolas suas non ut Prophetas, sed tanquam Doctores non ex revelatione, aut mandato divino, sed tantum ex naturali iudicio scripsisse. Iisdem ferme telis contra eum *Richardus Simonis* depugnavit, ut ut eidem adversari visus; Scripturæ auctoritatem prostrernere laborat, quamvis eandem videatur in altum tollere. Sic *Morini*, *Capelli* his quoque insudarunt laboribus. Alia sibi desumerunt tela, alii, qui errorum ex elementis Physices demonstrandorum eundem inculcarunt; *Cartesii* asseclæ in Philosophiæ morales, Mathematices præcepta peccatum arguerunt; quos tum à *Musæis*, *Buxtorffius*, *Reiberis* confutatos, tum ignominiose proscriptos novimus. Ceterum nec illa erunt scommata æquo ferenda animo, quibus nonnulli quoque importunioris oris homines iisdem sacris fontibus insultant & quod ingenio suo non dimetiantur, non posse fieri afferunt. Non equidem jam agimus de divinissimis mysteriis, quæ nobis admodum cæcutientibus pervestigari non possunt, sed & nonnullis ex natura desumptis, quæ eadem duce non incognita, at sæpius in miraculum conversa sunt agente summo Numine, quæ cum non animo complectaris, fide tamen comprehendas revera evenisse. Atque huc nos jure optimo vocamus, quæ nonnulli illutores ac cavillatores crepitarunt de Vulpeculis Samsonis; quorum nobis scommata sumamus discutienda; adsit Jesus laboribus!

Jud. XV. 4.

וַיִּלֶךְ שִׁמְשׁוֹן וַיִּלְכֶּד שְׁלוֹשׁ-מֵאוֹת שׂוֹעֲלִים וַיִּקַּח לְפָרִים  
וַיִּפֶן זָנֶב אֶל-זָנֶב וַיִּשֶׂם לְפִיר אֶחָד בֵּין-שְׁנֵי הַזְּנָבוֹת כַּתּוּךְ.  
Qvæ

Quæ verba adhunc modum verterunt  
sacri codicis Interpretes.

*Et abiit Schimschon, cepitque trecentas vulpes: ac sumsit lampades, & respicere fecit caudam erga caudam, posuitque lampadem unam inter binas caudas in medio.*

## §. I.

Simson hic vulpeculas coëgisse dicitur; qui proinde ob-  
trectatorum ludibriis expositus fuit, adeoque ejus  
vitam paucissimis describimus, ut tanto fortius illo-  
rum nervos incidamus. Scilicet rebus Israëlitarum af-  
flictis preces ad Deum fundebantur de mittendo ipsis au-  
xilium & liberando ipsos à tyrannide Philistæorum nimis ri-  
gida; quibus tandem locum Summum Numen reliquerat  
& ex sterili per multos annos matrimonio herosa edidit  
hactenus vexatos Israëlitis posteros in libertatem priscam  
revocaturum. De Tribu Dan (unde & Simson Bedan  
dicitur vide gemaram in Tr. Rosch. Haf. f. 251.) pater  
Manoah, Zaream (ex nonnullorum sententia urbem termi-  
nalem, inter quam & Esthaol positus locus fuit dictus castra  
Danis, ubi Simson natus conf. Magni ac Incomparabilis  
Theologi Sebastiani Schmidii Argentoratensium & totius  
Ecclesiæ pignoris commentation: in Jud. c. XIII. p. 136.)  
incolebat cum uxore auctori Libri *Juchasin*, Scripturæ  
quidem nomine incognito *Hatselelophumith* dicta, quæ  
filium viribus Judæorum maxime accisis & satis inclinatis  
enixa, Schimschonem quidem nuncupavit monumentum  
sibi in perpetuum existurum in mentem revocandæ illius

Sole clarioris lucis fulgorisque, quo angelus Jehova circumfusus sibi apparuerat.

§. II. Simul autem editus, animo & corpore proficiebat & ille evadebat, quem divina bonitas gerendis rebus maxime arduis fato admodum benigno destinaverat. Istis enim animi dotibus eundem instruxerat, quibus sufficiebat adjuvandis suorum miseriis; sic quoque corpus satis validum; in quo describendo cum Judæis equidem Doctoribus nos minime colludimus, quorum in tract. *Sotab* cap. I. fol. 9. hæc sententia est montes fuisse ab eodem everfos erutosque ita autem sonant eorundem verba: *Dixit Rab Ase, Zoreab & Esthaol duo montes magni fuerunt quos eradicavit Simson & contrivit unum per alterum & in eodem tractatu, quæ ex versione B. Scheidii ita se habent; Dixit R. Simeon Sanctus scapulas Simsonis tam grandes fuisse, ut inter humeros ejus spatium 60. cubitorum patuerit, quia dicitur Judic 16. 3. & cubuit Simson usque ad mediam noctem & apprehendit valvas portarum urbis & duos postes & transportavit ea cum vecte & imposuit humeris suis. Tradidimus autem, quod valva Gaze non fuerint minores 60. cubitis h. e. quia super humeros portas posuisse dicitur, inde colligunt haud minores fuisse humeros ipsismet portis. Vide & *Wagenseilium* valdè nostrum Comment. ad Tr. *Sota* p. 173. Vires tamen ipsi integras minime negamus,*

§. III. Erat præterea eximius & priusquam nasceretur, à Deo sibi jam נורר selectus separatusque; ita enim Angelus Jehovæ Jud. XIII. v. 5. *Quia ecce concipies filium & novacula non ascendet super caput ejus: ubi vocabulum נורר recte Talmudicide novacula exponunt Ita enim in*  
Tr.

Tr. Nazir f. 66. 1. Naziræus fuit Samuel, uti sentit Nehorai : quia dicitur 1. Sam. I. 11. Et novacula non adscendet super caput ejus. Dicitur de Simfone, Jud. XIII, 5. Et novacula. Et dicitur de Samuele : Et novacula. Sicut novacula, quæ dicitur de Simfone est Naziræi ; ita etiam novacula, quæ dicitur de Samuele est Naziræi. Dixit R. Jose : At annon, non est nisi כורר timor carnis & sanguinis ? (quod Samuel sibi à mortali homine nil metuere debuerit.) Cui respondit R. Nehorai : At nonne jam dictum est : 1. Sam. XVI, 2. Et dixit Samuel quomodo ibo, & audiet Saul, & occidet me. Ex quo liquet, quod fuerit super Samuele כורר timor carnis & sanguinis (b. e. quod sibi à mortali homine metuerit. Adeoque 1. Sam. I, 11. vox כורר non de timore, sed de novacula sit intelligenda. Ex quo Naziræatu multi eum in utero sanctificatum volunt ; sed perperam. Nam jubetur Samson esse Nazaræus ab utero ita ut in utero non sugat succum ex vino & sicera à matre haustum, ac proinde ut mater iis abstineat, ut hac ratione Deo dicetur quasi Nazaræus legis veteris, non antè sanctificatur in utero : sunt verba ipsius Lojolitæ Cornelii à Lapide commentar. in Jud. cap. XIII, pm. 160.

§. IV. Naziræus itaque hic Simfion non parentum voto demum sed ipsius Dei mandato evadebat ; quo autem non ad Naziræatum cogebatur. Semper enim bono lubentique animo subiri eum voluit Deus, & non coacta proficisci voluntate, ut ut enim illum præciperet, non meri esse præcepti volebat. Optime in hanc sententiam laudatus supra Schmidius l. cit. p. 114. Fuit alioquin Naziræatus quædam sanctificatio potius quam præceptum aut jussus. Sanctificatio inquam quædam, quæ homo aliquis  
vel

vel aliquid hominis sub certis conditionibus & institutis DEO sanctificabatur. Hæc vero sanctificatio vel ab ipso DEO fiebat, vel à parentibus, vel ab homine ipso sanctificato. Semper tamen debuit esse voluntaria non involuntaria aut meri præcepti. *Qvem enim Deus ipse sanctificavit Nasiræum, non invitus sed lætus & cum gratiarum actione se ipsum etiam sanctificare suamque voluntatem voluntati divinæ conformare debuit. Qvem vero votum Parentum Nasiræum fecit, eum parentibus honorem habere debuit, ut propter Deum, cui votum fiebat, Nasiræatum voluntarie susciperet. Unde nusquam propriæ voluntatis arbitrium exclusum; imo Nasiræatus Deo ingratus fuit, si involuntarius fuit. Hæc Schmidius. Dispensasse autem in Nasiræatu Samsonico Deum circa contactum mortui qui Nasiræis prohibitus erat Num VI. 6,7. ex officio cui Deus destinaverat Samsonem Belli ducis, patet. Hinc Talmudistis nata distinctio inter Nasiræatum seculi & Samsonis. Ita enim in Tractatu Nazir fol.4. in Mischna. *Siquis dicat. Ecce ego sum ut Simson, ut filius Manoe ut maritus Delila, ut is qui eruit portas Gaza, ut is cui effoderunt Palestini oculos; tum ecce hic est Naziræus Simsonis (à Simphone cognominatus) Quid interest inter Naziræum seculi, seu perpetuum (b. l. b. e. Naziræum per omnes dies vitæ suæ. Nam quia dixit: ecce ego sum Naziræus seculi significat, quod Naziræatum receperit in se usque in perpetuum. Idcirco quum pervenit ad trigesimum diem quo est ei gravitas capilli, allevat novacula; tondens se singulis tricenis diebus) & Naziræum Simsonis? Naziræus perpetuus aggravavit capillum suum, allevat novacula & adducit 3. bestias. Et si immundus fit, adducit oblationem immunditiei.**

Nazi-

Naziræus Simsonis, si aggravat capillum suum, non allevat,  
 & si immundus sit, non adducit oblationem immunditiei.  
 Postea in Gemam fol. 42. dicitur esse traditio. R. Juda dicit  
 Naziræa Simsonis permittitur, ut se immundum reddat de-  
 functorum causa. Nam sic invenimus de Simsone, quod  
 immundum se reddiderit.

§. V. Ceterum cur hunc ab utero Naziræum sibi  
 elegerit ipsum Numen multum quæritur & acriter hinc  
 inde disceptatur à quam plurimis. Quas alii subesse  
 putant causas, in medio relinquimus; illud tamen affir-  
 mamus sustinuisse eum Servatoris Messia aliquando ex  
 virgine integra nascendi typum, qui ἀκαὶ & ἀμίαντ  
 κηρωμένον ἀπὸ τῶν ἀμαρτωλῶν futurus erat Hebr. VII. v.  
 26, & separasse eum summum Numen sibi que dicasse non  
 ut peccatis alienum, sed ipsum denotaturum, qui talis ex-  
 titurus peccata hominum expiaturus, supplicia nobis in æ-  
 ternum perferenda suo sanguine redempturus & quæ non  
 rapuerat, soluturus erat. Confer de hoc argumento quæ in  
 re Samson typus Christi fuerit *Crellium* Concord. p. 796. sqq.

§. VI. Accessit autem aliquando Timnathæam Phi-  
 listæorum urbem, quæ in confinio trium tribuum sc. Juda,  
 Dan, & Ephraim versus mare mediterraneum sita esse dici-  
 tur vide Corn. à Lapide ad Jud. XIV. v. 1. impulsus interio-  
 ribus quibusdam stimulis, qui afficientes eum huc coge-  
 bant, à Sacro Flamine suggestis. Non enim vestigalis ex-  
 solvendi Philistæis, quippe quibus in servitutem redacti gra-  
 vi admodum jugo premebantur Israelitæ, emendi aut  
 vendendi, aliorumque negotiorum expediendorum caus-  
 sa huc advenerat; neque vel spectacula, convivium aut ludi  
 ad urbem istam invisendam eum invitabant; ceu multis  
 id hæsisse opinionis colligitur ex verbis Jesuitæ *Nicolai Ser-*

B

rarii,



rarii, quæ ex commentar. in libr. Judic. apponimus quæst. I. n. 2. causa, inquit, cur Thamnatham ierit Samson, non est memoria prodita, fortè quia vulgaris & obruia. Cum enim Philistæis essent Israelitæ tum subjecti verj. 4. cum aliqva sine dubio, tributi pensitatione: ibant in illorum urbes & vicos liberè. Ideoque Samson illuc profectus, vel negotii apud Satrapas Magistratus expediendi, vel emendi aliquid venditive causâ, vel deniqve, ut animo loci ejus ridendi avido satisfaceret. Josephus, ob Panegyrim, quæ illuc tum agebatur, eò tetendisse refert. Sed cum panegyreon varia fuerint genera, ut Conventus forenses, mercatus, ludii, spectacula, convivia, & similia, ut ex Cicerone in Tusculanis & Epistolis ad Atticum, ex Demonstbene, Plutarcho, & aliis patet: cujuscmodi Thamnathæa tum censenda Panegyris. Quæcunqve vero illa fuerit, ea causâ sensum in Samsonè usus est Spiritus Domini ad Israelitarum salutem ac libertatem. Illa siquidem negotia parentes sibi procul dubio summissent expedienda, cum filium efflictim deperirent eumqve sibi in oculis ferendum judicarent, quemcunqve non suo voto sed Dei nutu Nasiræum existere noverant; gravior itaqve & divinior accesserit afflatus, opus est: quo actus Simson Timnatham versus perrexerit.

§. VII. Ubi cum elegantioris formæ virginem conspiceret, in amorem ejus fuit effusus eandemqve sibi ambiri cupit Parentum opera; qui nescientes impulsam eum à Deo, reluctabantur, postea ambitiosius & acriori cum contentione Simson rem agente consentiebant. Illam autem vitiatam neqve virginem fuisse colligere Interpretum nonnulli, ex vocabulo נָשִׂימ volunt, sed admodum infirmo argumento. נָשִׂימ enim sexus nomen est & sequioris

qvioris sexu individuum denotat citra virginitatis respectū.  
 Et qvi מִן meretricem h. l. significet, cum parentes Sam-  
 sonis in responsione ad desideria filii idem vocabulum de  
 Virginibus Israeliticis adhibeant. *Num non est inter filias  
 fratrum tuorum vel in toto populo meo מִן mulier?* Me-  
 retrices enim non tolerabat Israel ex divina lege. *Ne esto  
 meretrix è filiabus Israel* Deut. XXIII. 13. Neque quic-  
 quam patrocinantur sententiæ huic Samsonis verba: *si non  
 arassetis vitula mea* Jud. XIV. ubi nonnulli per aratio-  
 nem intelligunt fornicationem Philistæorū cum uxo-  
 re Samsonis, utpote pariter Philistæa: per vitulam enim  
 indigitari eam fuisse petulantem procacem & lascivam. Ita  
 R. Levi apud *Bochartum Hieroz.* P. I. Lib. I. c. XII. Abu-  
 lensis ad h. l. & Mart de Roa singul. Lib. III. c. 13. p. 318. sed  
 obstat quod Hebræa non habeant: Nisi arassetis vitulam  
 meam, sed nisi arassetis vitulā meā, quæ non parum disse-  
 runt. Optumè Mart, Delrio Adagial. S. Ver. Testament.  
 p. I. Adag. 162. fm. 174. Nihil hic obscœni imaginandum.  
 Potest, & verè debet oratio honestè intelligi. Nihil ne-  
 cesse vel ad Lucretii vomerem sulcumve, vel ad Plauti-  
 num fundum alienum respicere, vitulam vocat, esto: me-  
 rettricum nomina fuere vitula, juvenca, vacca. Fuere pro-  
 fanis scriptoribus: Hic non est locus. Arandi vox etiam  
 inter obscœnas; quæ hic posita. Sit a tibi obscœna, non hoc  
 loco. Quæso an cum omnibus illa, quibus dictum, nisi aras-  
 setis? concubuit, quis ausum credat in festo nuptiali, & penè  
 in Samsonis mariti sinu? Potius ergo Vitulam vocavit à  
 juventā, à muliebri levitate & stoliditate: quasi junicem,  
 non vaccam; quæ nondum pepererat, ac ne cognita qui-  
 dem conjugii. Horatius virginem viro immaturam, vocat  
 juvencam:

B 2

Cir-

Circa virentis est animus tuæ

Campos juvenca.

Noster potius vitulam, quia jam apta iugo, & Varrone teste, lib. 2. de re rust. quæ primum annum non explevit vitula, eo expleto juvenca dicitur; hæc autem erat in vestibulo anni primi nuptiarum.

§. VIII. Petitur tandem Simsonis Parentibus puella ista & uxor ipsi futura impetratur, quo jure quæve id injuria factum plurimi ignorant. Alii contracto hoc matrimonio à Simsone peccatum asserunt. Lege enim Dei aperte erat cautum, ut nullus Judæorum conjugio cum infidelibus conjungeretur & tali pacto cum illis coalesceret in unum. Sic Deut. VII. 3. ad illos Moses vicem Dei sustinens infert; *non cognatione facta cum illis jungemini vestras filias non dabit in uxores filijs, & illorum filios non vestris assumetis filiabus*; quod tulerat præceptum Jehova sapientissimus, ut periculum summo veretur, quod hisce impediti matrimoniis inciderent, ne vel virorum superstitionem uxores, vel viri mulierum idolis præstitum cultum insecuti à Dei vero cultu averterentur. Alii autem patrociniū Simsonis susceperunt atque vindicarunt, nihil quicquam circa hoc conjugium peccatum ab ipso asserentes. Ut ut fuerit divina lege prohibitum ejusmodi matrimonium, ob externum quoddam periculum fuit interdictum; quod cum abesset, tolerari potuit; & qui ejusmodi leges promulgavit, Deus dispensare potuit; cum non ex ejus immutabili essentia sed voluntate promanaverint. Huc faciunt *Cornel. à Lapide c. 1. commentaria p. m. 164. ad v. 4. cap. XIV. quod res à domino feret: hinc patet Samsonem non peccasse, quod contra legem petierit uxorem Philistinam,*

stinam, quia id fecit Deo impellente, ac proinde in lege sua dispensante: alioquin matrimonia hac cum infidelibus agere ac cum hereticis communiter sunt periculosa & noxia, uti fuse docet S. Ambrosius epist. 24. idque suo malo expertus est Samson, qui hic, uti & in aliis fuit typus Christi, qui Ecclesiam ex gentibus sibi despondit repudiatis Judæis. Oppido firmis 7. argumentis Incomparabilis Schmidius l.c. p. 1203. s. Simsonem defendit quæ ita sese habent. Quare, inquit, pro eo, quod Schimschon non peccaverit, melius ita proceditur. (1) nuptiæ ejusmodi per se malæ non fuerunt: quod negari non potest. Unde (2) Lex Mosaica non prohibuit ob internam malitiam, sed propter externum periculum (3) Quare etiam in lege istâ, saltem à Deo, dispensatio locum habebat. Quam dispensationem divinam (4) quamdiu parentes Schimschonis ignorarunt, juxta verba, Pater autem ejus & mater ejus non noverunt, quod à Jehovah id esset &c. legem urserunt verbis, quo tu abis ad accipiendum uxorem de Philistæis incircumcisis. (5) dispensationem hanc divinam solus apud se ab initio sensit Schimschon, in impulsu Spiritus Dei ad officium liberatoris seu Judicis Israëliti permissio: qui eum urgebat, ut quæretet occasionem ex Philistæis, eamque ex hoc matrimonio nascendam. Eam (6) parentibus indicavit verbis, recta est in oculis meis; ut supra. Et hic nos cum parentibus acquiescimus. Interim (7) res in exemplum non ibat, ob extraordinariam Schimschonis vocationem. Confer. alias quæ de Matrimonio cum infidelibus aut hereticis non contrahendo Magnif. Dn. Præses, Patronus atque Gamaliel noster semper sancteque devenerandus scripsit in reisenden Lutheraner ins Pappstthumb P.I. p. 110. qv. VII.

§. IX. Nullos ergo sensit morsus conscientia Schim-  
sonis, quo minus quod exoptaverat subiret & cum puella  
ista jungeretur. Facto itaque ab omnibus consensu spon-  
salia celebrata & nuptiæ tandem agitatæ sunt; quibus au-  
tem peractis in domum patris abiit, solutus, qui anigma  
suum, suo quidem vitulo adjuti solverant, præmiis; non  
ut uxorem malitiose desereret, quod etiamnum facit ad  
dissolvendum matrimonium sed prout illius loci moribus  
patriis receptum erat, uxores sæpius in domibus paternis  
adhuc manserunt, ut interea mariti in ades suas abirent cu-  
raturi res suas & negotia, quæ expedienda occurrerant,  
subinde tamen uxores visiterent. Incensus autem iræ abi-  
isse dicitur, quod videtur inde profectum, quoniam Schim-  
chonis socer pactis matrimonialibus forsitan inseruit, ut fi-  
lia inter suos viveret saltem aliquandiu prius, quam in  
terram aliam, terræ patriæ servientem abiret, atque adeo  
ex libera quasi serva evaderet. Et tum dici porro potest,  
quod Simsoni fuerit via mota ut ab uxore citius abiret, per-  
fidiam illius castigaturus, non matrimonium deserturus.  
conf. Schmid. cit. loc. p. 1200. quam profectionem impro-  
bat P. Martyr. Polo in h. l. adductus: *Hoc ejus factum (scri-  
bit) laudari non debet, non enim oportuit ita leviter ab uxo-  
re disjungi.*

§. X. Interea Uxor Schimsonis cuidam sociorum  
tradita pariterque eidem juncta est: quo factum, ut Schim-  
son de vindicta sumenda cogitaret, adeoque quod paulo  
post executus est consilii inveniret. Abiit itaque & factis  
insidiis trecentas vulpes cepit. **וועלי** in fontibus est;  
quæ vocula indicari vulpes jam inter omnes constat, qui  
quæ vocibus origines sint, omni studio investigant, à cogna-  
ta

ta radice Arabica deducunt *جذع الصوف*, quæ *tusfire* notat, (conf. *Jacob Golius* largus quondam Orientis opum promus condus in *Lexico Latino-Arabico* p. 117.) eamque hujus denominationis rationem reddunt, quod vulpes frequenter tusfiant. Etenim cum nimio intrinsecus calore æstuent, perpetuo pulmones infestantur, raucumque inde clamorem proferunt. Huc facit *scriptor* quidam *anonymus*, qui proverbiorum edidit farraginem; ejus verba ex *Bocharti Hieroz. P. 1. lib. III. c. XHI. tibi sistimus. Videtur*, inquit, *hoc animal esse tusfi obnoxium & propter calorem internum, qui vehementissimus est perpetua pulmonum intemperie laborare, quod gannitus ejus & raucus clamor abunde docent. Proinde cum senem videmus tusfim ex imo pectore vix extrudentem, dicimus: O est une toux de renard, qui vous menera au terrier. Hac est vulpina tusfis, quæ in foveam te deducet, id est, in sepulchrum.*

§. XI. Mirum autem vulpium sibi elegisse usum *Simfonem*, quo ab hostibus vindictam sumeret, cum tanta arte opus sit, quæ istæ capiantur! quod si enim istas retribus implicare studeas, quæ non in fidiæ sunt adhibendæ? huc sapius abire mentiuntur & longe tamen per diversa loca abeunt, ut non inepte dixerit *Naturæ arcanorum mysta* ac sacerdos *Aristoteles Hist. l. 1. cap. 1. τὰ μὲν πανουργὰ καὶ κακῆργα οἷον ἀλώπηξ* i. e. *quædam animalia astuta sunt, quædam vero facinorosa, ut vulpes. Nec non Physiognomicor cap. VI. οἱ κύριοι ἀγὰν πανουργοὶ, ἀναφέρεται ἐπὶ τοῖς ἀλώπεκας. Rusti sunt valde callidi, quod ad vulpes spectat.* In quam sententiam *Ælian. Histor. lib. 4. c. 39. vulpes attigisse dicit ὑπερβολὴν κακουργίας καὶ τὸ πῶς δολεροῦς summum malitiæ & fraudis fastigium.* Ex hac de causa  
homi-

hominibus calliditatem maximam in rebus peragendis adhibentibus *vulpis* vocula accommodatur, quemadmodum sacri pariter profanique scriptores id demonstrant. Sic *Horatius* de arte poetica :

Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes  
& *Persius* sat. quinta.

Astutam vapidò servas sub pectore vulpem  
Quin ipse divinisimus Servator Christus ejusmodi hominum genus ita vocat. Aperte satis & nulla circuitione usus Luc. XIII. v. 32. *Herodem* Tetrarcham vulpem dicit ob miram ejusdem calliditatem ; quam multis sane nominibus cognitam habemus. Etenim cum inter Judæos versaretur, religionis ipsorum se studiosissimum profitebatur, illos ambiebat contentiose ; Imperatori etiam addictissimus videri volebat, ut Deum ipsum venerabatur ; ita ut utrumque fallendo suis tantum rebus consuleret & studeret. Quapropter vulpes dicitur ; quæ vulpium animalium quoque calliditatem arguunt ; ut majus tanto adhibendum fuerit studium *Simsoni* ad illas occupandas.

§. XII. Ceterum id tamen non conjicimus subesse causæ, quam Rabbiorum grex in medium producit, qui Phrygum instar sapius quodcunque volunt somniant nec cum obrusa intellectus acies arcana rerum penetret, plurima interdum effingunt viro bono perquam inhonesta & nonnunquam aperte falsa. Videntur sibi tamen *Vulpium* naturam accurate admodum pervestigasse ; quæ cum retrorsum ferantur, titionibus illarum instructis caudis, adeoque non tam facile extingvendis, illas *Simsoni* oppido idoneas sumendo esse supplicio judicatas. Ita R. *David Kimchi*. פנהגו לחזור לאחוריו לפיכך  
והשועל פנהגו לחזור לאחוריו לפיכך

היה רבק הלכרובן שתי הזנבות כי כל אחד  
מהם היה חוזר לאחוריו ולכן היה נפרד  
מחבורו ומתוך כך היה לפיד רבק בהם ואלולי כן  
היה זה הולך לפניו והלפיד ניפל מפניהם:

*Vulpibus hac consuetudo est, ut retrorsum abeant; indefa-  
ctum, ut fax annexa firmiter haerit inter duas caudas, quia  
unaquaeque vulpium retrorsum ferebatur, nec à socio suo  
divellebatur; ut adeo fax annexa illis manserit. Quod  
si secus fecisset, & una eunte antrorsum, altera etiam tada  
illis interposita decidisset & extincta esset.*

§. XIII. Non autem hæc cohærent, vix enim ul-  
libi in litterarum monumentis legimus, hoc vulpibus in  
more esse positum, ut retrorsum abeant nisi forte hanc  
illorum mentem dicere velis, quod de incessu non prorsus  
recto intelligant, cum per anfractus abeant, & serpentum  
instar in miros orbes torqueantur. Hinc *Vulpes dicta  
quasi volupes. Est enim volubilis pedibus & nunquam re-  
ctis itineribus, sed tortuosis anfractibus currit.* Si Isidoro  
credas *Origin. libr. 12. c. 2.* quæ autem explicatio non phra-  
si Rabbiorum sufficit. Dicere malumus fuisse ideo fa-  
ctum, quod vulpes ceperit, tanto gravius hostes suos Phi-  
listæos afflictorus; & insigne damnum ipsis illaturus. Vul-  
pes enim in vinetis, locis, oleis arboribus consitis agris se-  
getibus onustis, latisque delitescunt, non deserta inhabi-  
tant, quippe quæ sunt minus commoda reficiendis fauci-  
bus; quæ cum captæ dimittantur, loca repetunt sibi an-  
te hac inhabitata; quo non potuerunt non vineas, oliveta  
agros ingredi; & illos edaci comburere flamma.

§. XIV. Quo & multum faciebat tortuosus vulpium  
cursus, quippe quo hæc illuc divagabantur subditisque i-  
gnibus

C



gnibus incitationes ferebantur abscondi cupidæ vel inter  
 fegetes, oleasque vel inter vites, ut liberatæ istis facibus  
 tandem suis redderentur sedibus. Callidum sane & pru-  
 dens oppido hoc Simsonis consilium! quo multum pro-  
 fecisse dicendus Simson est. Suos quidem cives noxiis  
 istis liberabat animalibus, quæ non levia uvis, oleis fru-  
 mentisve damna inferebant; hostes autem non sibi tan-  
 tum, sed & universæ Israël genti inimicissimos pariter ac  
 infestissimos immisissis vulpibus plane prosternebat gravio-  
 remque ipse solus, quam magna militum copia publico no-  
 mine vindictam sumebat.

§. XV. Sed nimirum unde ista vulpium copia? U-  
 tinam non sint qui pyrrhonice rem agant & parum argu-  
 ta cavillandi libidine scripturæ S. auctoritatem obterere  
 impie satagant, eamque vel falsitatis hoc in loco arguant  
 vel hyperbolica locutione luxuriare dicant. Id vero exi-  
 tiosum plane & detestandum est ut, quæ ad Philistæorum  
 frugibus pauperiem faciendam à Simsone coactæ emis-  
 sæque vulpes erant, quorundam leviculorum fidei atque  
 adeo salutis detrimentum possint afferre, quos per emis-  
 sarios suos dubitationum desperationisque architectos sub-  
 tilissimos Atheos Diabolus impugnat, eo diffidentia ad-  
 git, ut, cum ratio ipsorum primo statim conatu non asse-  
 quatur viam modumque, quo Simson in ultionem inten-  
 tus trecentas vulpes cogere potuerit, præsertim cum fera-  
 rum istiusmodi venationem difficillimam esse constet pri-  
 mum & ipsi hæsitare incipiant, mox narrationem illam fabulis  
 anilibus transcribant, quibus fidem suam apponere de fu-  
 giat, quicumque rerum usu edoctior existat, atque scriptu-  
 ram sacram adeo aliquid ex vano hausisse blasphemæ con-  
 tendant.

§. XVI.

§. XVI. Enim vero isti mirari aut cavillari potius desinent, si didicerint numerum vulpium memoratarum minime ad terrarum nostrarum conditionem examinandum esse. Palæstinæ enim & Orientalium universim regionum habitudinem, formam situmque ad suas, in quibus ipsi suæ glebæ adhærentes degunt, exigunt provincias, quæ per multos annos vix tantam vulpium cohortem suppeditent; quanquam ineptissime sic colligant. Risum promerentur pueri aut qui bis pueri, censentur senes etiam, quos ipsa domus quæ pueros vidit & ipsa senes videt, & qui in qua reptarunt arena in eadem baculo niti gestiunt, qui quod una terra rebus istiusmodi careat & alteram iisdem destitutam arbitrentur:

Non verò terræ ferre omnes omnia possunt

Fluminibus salices crassisque paludibus alni

Nascuntur; steriles saxosis montibus orni

Littora myrtetis lætissima. — — —

— — — — — Sola India nigrum

Fert ebum : Solis est thurea virga Sabæis.

Ceu optime in hanc sententiam canit Mantuanus Vates Virgilius. Georg. Lib. II. v. 109.

§. XVII. Pro Conditione igitur terræ Cananæ de numero captarum vulpium informandum iudicium est: tum nemo facile existimabit copiam hanc in tantam abire multitudinem, ut fidem exsuperet; quin omnis potius demirandi materia subtrahetur, si quis attentius paululum Palæstinam consideraverit; quæ cum montibus abundaret, & animalibus quoque abundaret inter quæ omnium frequentissimæ vulpes erant. Quod confirmant satis dilucide divinæ litteræ locis exstantioribus Cantic. 2. v. 15. Ps. 63. v. 11. Nehemia.

miæ. 4. v. 3. Threnor. 5. v. 18. Ezech. 13. v. 4. Matt. 8. v. 20. Luca 9. v. 58. Quorsum vero spectat querela Sponsæ Christi de capiendis vulpibus & vulpeculis vineas corrumpentibus & quidem eo tempore, quo vineæ primam ferant uvam, atque adeo spem uberioris vindemiæ subruentibus, nisi ut arguat Palæstinam scatuiffe vulpibus, quas venari scitissime novisse homines ejus regionis pariter diserte ex hoc loco Cantici, evincitur. Neque enim Christus quoque illustrandæ paupertatis suæ, eo sine susceptæ ut inde quoque meritum in genus humanum redundaret, comparisonem à vulpeculis desumere potuisset; nisi terræ Cananæ familiarissimæ istiusmodi feræ fuissent: quanquam quis est qui argumentandi inde nervum non pervideat? Sed Magni Bocharti verbis totam rem conficiamus ex Hierozoici L. III. Cap. XIII. p. m. 854. ut de tot coactis Simsoni vulpibus vel dubitandi vel cavillandi loco nullus relinquatur: Rē, inquit, quod attinet; primo si quis querat unde Samson tot numero vulpes nactus fuerit, nempe trecentas, quatuor habeo quæ respondeam, unde David de suis hostibus: Pars vulpium erunt, & Salomon. Cantic. II. v. 15. & Jeremias Threnor 3. v. 18. proinde multa Palæstina loca aut circa Palæstinam à vulpibus nomen habuerunt. Ut terra Sual. i. e. terra vulpis, I. Samuelis 13. v. 17. & Harsar Sual seu Castrum vulpis Judæ urbs, Josue 15. v. 18. vel Simeonis Josue 19. v. 3. & I. Paralip. 4. v. 28. & Nebemia II. v. 27. & Danitarum, Saalabim, Josue 19. v. 42. sed quam Amorrhæi occupabant Judic. I. v. 35. ubi Hebræum כושעלכ Græcorum alii reddiderunt καὶ ἐν ἀλάβιν, alii καὶ ἐν αὐτῇ ἀλάβιν. Secundo vulpium nomen potuit etiam complecti thoës, animal vulpi simillimum & in Judæa valde frequens, maxime in Pale-

*Palæstina & circa Casaream ut supra probavimus, atq; ita gregarium, ut quandoq; ducentos thoas in unum gregem convenire testetur Bellonius, ita ut nullo negotio potuerint capi plurimi. Tertio non dicitur numerosam Samson hanc vulpium turmam una aut altera die cepisse. Potuit igitur tota hebdomas, aut mensis pars notabilis in eam venationem insumi. Ut mensium unus Athenis ἰδαΦηΒολίω dictus est quia fere infumebatur figendis cervis, qui immolarentur Dianæ ἰδαΦηΒόλω. Quarto, licet insignis venator potuerit esse Samson, non est quod quisquam sibi fingat, eum trecentas illas vulpes solum & per se cepisse. Potuit id per amicos facere, aut etiam Judaorum universa genti cui praeerat aut saltem tribui sua, publicam vulpium venationem indicere. Et tamen illas cepisse dicitur: quia quod quis per alium facit id censetur ipse facere. Haecenus Bochartus.*

§. XVIII. A quibus non multum abluunt, quæ Jesuitam Nicolaus Serarius habet. l. jam. cit. quæst. 3. Sæpe fieri inquit (1) ut quibusdam in locis major ferarum quarundam copia sit quam alibi ac idcirco multo ibi plures, multoque plures capi possunt quam ubi rariores. Judæam autem & Palæsti nam scatuiffe vulpibus divinas ait indicare literas. (2) ad copiosam item atq; festinam certi generis ferarum venationem juvat plurimum, anni tempus, prout venatoribus, aucupibus & piscatoribus notum omnibus. (3) ad eandem venationis copiam juvat animalium, quæ venamur, fecunditas (4) ad eandem rem valet maxime venatoris ipsius ars & industria. (5) sed quid, si duo adhuc ei felicissime venandi addamus adminicula. U-

num est; aliorum quorundam opera alterum est, divina opitulario, non tantum in venandi donanda arte & industria: sed in ipso fortunando venatu, dum in ipsos quodam modo Samsonis casses vulpium induxit impulitque multitudinem. Hæc Serrarius pluribus verbis exponit quæ apud ipsum videri possunt. Conferatur omnium exsuperans encomia Sebastianus Smidius Comment, sæpius jam cit. p. m. 1250.

§. XIX. Ecquis tandem est, qui dum hæc à Simsone gesta Sacris litteris consignata legit, veritate summi Numinis suffultus animum suum protinus non convertat ad omnipotentiam ejusdem, quæ quæcunque vult in cælo terraque efficit, atque eam præsentis numine dum id ageret, Simsoni adstitisse de eo dubitari non debet, quandoquidem divinitus sibi commissio in negotio versabatur is, cum propter divini honoris profanationem sibi pœnas ab impiis Philistæis sumendas existimaret. Ut adeo, curiosis interrogatoribus, plane abs re percontantibus unde Schimschon trecentas istas vulpes nactus sit? satis facere etiam possimus, si dicamus, DEum, qui Schimschonem ad inferendum damnum Philistæis movit, fecisse ut media quoque h. e. vulpes consequeretur. Finge igitur non tantam adfuisse in ea regione vulpium multitudinem, quanta adhuc noxam inferendam requirebatur; potuerit ne Deus, qui multo plura & ea quidem majora, quam quæ nos cogitatione assequi valeamus, potest, & hanc actionem Samsonis moderabatur, quippe ipso agente potissimum res miræ hæc expediebantur, tantam earum bestiarum copiam in procinctu molienti hæc divinitus afflato Heroi sistere, quanta ad vexandos agros sufficeret, Ipsius-

ne

ne omnia sunt, quæ terra capit ? Terra & quod implet illam, orbis habitabilis & habitantes in eo sunt Jehovahæ Psalm. XXIV. Quod si nivi jussit, adesto ! statim sistitur, & imbres si in terram ruere mandentur illico prorunt aperta quancunqve viâ Jobi XXXVII. v. 6. Nonne ipsius est omnis bestia sylvestris & jumenta omnia in montibus, nonne is agnoscit volucres montium & animalia agrestia sunt penes ipsum Psalm. L. v. II. Nonne vel ad nutum Dei nostri quanto magis ad vocem intentæ vel atrocissimæ crudelissimæq; bestia, eumqve in locum confluunt, quorsum illas amandare decrevit. Bestiarum dentes & scorpium viperæqve & gladius ulciscens ad interfectionem impios, latantur cum oritur ipse & in terra ad ministeria comparata sunt Syr. L. v. 36. quo nomine turmas suas & exercitus suos indigitat, quæcunqve ex rebus creatis ad vindictam justo judicio armat. Jobi XXV. v. 3. Quid ergo censemus, cum DEUS decrevisset Philistæos pauperie ab his bestiis facta affligere, licet nec unica vulpes Palestinae nota fuerit, nihilo tamen secius ad explendam voluntatem divinam undiqvaqve terrarum istiusmodi bestias accurrisse ? Unde quæso ingenioso Israelitarum palato desideratæ glomerato agmine advolabant aut propulsabantur potius coturnices, qui omnem castrorum terram occupabant cibusqve siebant delicatulis istis ? Exodi XVI, nonne divino mandato advolvebantur ? Noachum quis credat in arcam ingressurum prius perreptasse omnem sylvam, terras obiisse ac peragrassæ omnes & omnis generis animalia conquisivisse aut destinatis peculiaribusqve insidiis qualibet cepisse ? Tostatus sane Cap. VI. in Genesim v. 20. ea ad sitam juxta ripam maris

ris arcam, quæ stantem in littore Monarchiam Orbis comprehensura erat, ministerio angelorum adducta scribit. An vero quisquam est qui bruta melius eo tempore ratione usa esse existimet quam quidem homines, quorum omnium ita mens emota erat, ut toti in conviviis, luxu, libidine suffocati penitus atque immergi, monita acerrima divini spiritus non admitterent, & de imminente clade magis anxia fuisset, adeoque vel illud etiam asserere audeat, animalia conceptus cum invicem beneficio linguæ communicare potuisse. Scilicet id manifestæ operationi providentiæ divinæ, quæ reparationi renascendi orbis consulere volebat aut assertis nostris repugnaret. Ex inspectis autem circumstantiis, atque litera textus, sepositis illis partim conjecturis, partim bullatis nugis, præeunte Augustino Lib. XV. de Civit. DEI, cap. 27. asserere non dubitamus, uno instinctu atque impulsu DEI omnipotentis contigisse, ut animalia arcæ condenda Noacho habitantium Orbis præmo condo præstò fuerint. Te ne igitur audita miraculi hujus narratione incredulitate tua Omnipotentiam DEI irritam habere decet? vel, cum Cananæ terra, quemadmodum supra nobis evictum est, scatuerit vulpibus, an ex genere eorum quæ fieri non possunt habendum erit illud, quod sapientissimus Deus sagacissimarum insidiarum viam rationemque, quibus prehendi callidæ bestię possint, frequentatissima, illis lustra aut foveas eisdem tritissimas indicaverit. Efficacissima est ipsius sapientissimi Magistri institutio, quæ omni humano conatui pondus addit, & sine qua ars nulla proficit ad solidum fructum. Petrus sane piscatoriam exercere nihil commodæ occasionis aut temporis prætermit-

mittebat aut etiam industria die pariter ac nocte continua-  
tæ; rete tamen semper in vanum labitur, sed simul atque  
à Christo instructus erat piscium copiam divaricatis ac la-  
borantibus retibus complectitur. Simile quid nostro He-  
roi divinitus excitato contigisse licet colligamus.

§. XX. Enimverò seculi nostri genium contem-  
plemur necesse erit, qui vanitatem ac mendacia antiqvi-  
ora habet ipsa veritate, ac præpostere sæpe divinæ fidei ex  
humana auctoritatem conciliare pessimo exemplo nititur.  
Notavimus jam supra homines istiusmodi qui quod suo  
tempore perinde non contigisse meminerunt, ejus facti fi-  
dem elevare sustineant, quales vel eò insolentiæ proce-  
dunt, ut quæ facris litteris quoque diviniora gesta conscri-  
pta sunt, ea aperte in dubium vocare nulli vereantur. A-  
gite verò vos, scioli! nunquid legistis amplissimam illam  
pompæque singulari insignem venationem, quam Probus  
in gratiam populi instituit? Memorat eam *Vobiscus in vi-  
tâ Probi* p. m. 354. Edit. Casaub. his verbis: *Venationem  
in circo amplissimam dedit ita ut populus cuncta diriperet,  
Genus autem spectaculi fuit tale. Arbores valide per mi-  
lites radicitus vulsa, connexis longe lateque trabibus affi-  
xe sunt, terra deinde superjecta, totusque circus ad sylvæ con-  
situs speciem, gratia novi viroris effronduit. Immisisti deinde  
per omnes aditus strutiones mille, mille cervi, mille apri,  
mille Dama, ibices, oves ferae, & cetera herbatica animalia  
quanta vel ali potuerunt vel inveniri. Immisisti deinde popu-  
lares, rapuit quisque quod voluit. Addidit alia die in Amphi-  
theatro una missione centum jubatos Leones, qui rugitibus  
suis tonitrua excitabant. qui omnes confisicis interempti sunt,  
non magnum præbentes spectaculum cum occiderentur.* Edi-



ti sunt deinde Centum Leopardi Lybici, centum Syriaci, centum Leana & ursi simul trecenti: quarum omnium ferarum magnum magis constat spectaculum fuisse quam gratum. Quod exemplum quoque adducit Cornelius à Lapide Comment. in librum iudicum & quidem in Cap. XV. p. m. 169. c. a. additis insuper duobus aliis, verba ejus ita habent: Sic Julius Caesar Romæ spectaculum dedit 400. Leonum; Heliogabalus collegit mille mustelas totidem rices, decem millia murium decem millia pondo aranearum & muscarum teste Lampridio & Vopisco in eorum vita ac Plinio lib. 8. c. 16. Quid ergo mirum si Samson trecentas collegerit vulpes.

§. XXI. Istarum venationum narrationem nemo in dubium vocat, quod ab Historiæ Augustæ scriptoribus memoriæ prodita sint illa exempla theatralis pompæ, captarum bestiarum incredibili numero insignis. Quis autem Vopiscus, quis Lampridius, quis Plinius? homines gentiles etiam qui sæpius turpi assentatione vanitatem recensionis adspargunt: eorum tamen incerta & incredibilia, qualia vix mente concipere quis potest, amplecti, iis assentiri homines; contra ea, quando Deos fortia gesta sua Spiritu immotæ veritatis inspirante Viros scriptores sacros, extra omnem errorem positos conscribere curavit, oracula divina tantum auctoritatis aut reverentiæ apud eliquata hominum incredulorum, & diffidentia omnipotentia divinæ testimonia contaminantia pectora invenire non posse indignissimum & æternum exitiabile censei debet. Scilicet sine sole, solem nemo contemplari potest, & homines ejusmodi æque minus divinorum oraculorum salutiferos sensus percipiunt quam abstrusos penitus thesauros sine virgula divinatória arjolari licet.

§. XXII.

SAMSONIS.

§. XXII. Revelationis divinæ, quæ semper ecclesiæ Dei propria fuit, radios quoque ad gentiles extra eandem emicuisse inde ab ultimis ecclesiæ incunabilis observatum est, & simulachra quædam ex fama & traditione, sive vetustiore sive recentiore, adeoque ex lectione ipsorum quoque Bibliorum in Græcâ linguam translatorum vel ex sapientum religiosorum in Palestinâ peregrinationibus, religionis veræ apud eos existisse constat, licet superstitionis suæ involucris ea obtegerent; nosci tamen omni ævo potuerunt si quis tralatitia illa vel dogmata vel ritus circa cultum divinum ad revelationis tenorem exigeret. Historiam præsentem de qua disquirimus, per plagium ex sacris literis à gentilibus transfusam esse, egregie confirmat *Bochartus Hierozoici* Lib. III. c. XIII. p. m. 856. in fine cujus verba accipe. *Habemus, inquit insigne monumentum in Ovidio libro 4. Fastorum, ubi medio Aprili narrat vulpes in circo fuisse emissas cum tædis ardentibus tergo affixas. Et hujus ritus causam ita disquirat.*

*Cur igitur missæ junctis ardentibus tædis*

*Terga ferant vulpes causa docenda mihi est.*

*Et responder, se Româ in Pleignos euntem, per Carseolos transisse ibique ab hospite suo jam sene didicisse, id fieri in memoriam Carseolana vulpis, quam à se captam pauperis rustici filius feno involvit, & stipulis, tum in eas immisit ignem. Quibus accensis cum effugisset vulpes quacunque fugam moliebatur, agros accendebat messi proximos.*

*Eximii Poëta verba sic habent.*

*Is capit extremi vulpem convalle salicti,*

*Absulerat multas illa cohortis aves.*

*Captivam stipula fenoque involvit, & ignes*

*Admoveret urentes effugit illa manus.*

*Quæ fugit incendit vestitos messibus agros*

*Damnosis vires ignibus aura dabat*

*Factum abiit; monumenta manent: nam dicere certam*

*Nunc quoque lex vulpem Carseolana vetat*

*Utque luat penas genus hoc cerealibus ardet,*

*Quoque modo segetes perdidit, ipsa perit.*


*Hæc ille, sed absit à nobis, ut ritus tam solemnis originem arcessamus, à tam obscuris initis. An quia vulpes una, Carseolis feno ardente involuta, paucas segetes in fuga exussit, Roma certa die quotannis plures vulpes emitti debuerunt cum tædis cauda alligatis? Quin à Phœnicibus idortum est, qui rei apud se gestæ famam paulatim disseminarant. Pro-*


*bat*


bat id duabus potissimum rationibus, alterâ, quod *Rome vulpes, sæpe non involuebantur, quomodo vulpes Cassæolana*, sed quod perinde, uti scriptura de Samsonis refert vulpibus, tædas in cauda gesserint, teste Ovidio: alterâ, quod *emittebantur hæ vulpes, non quo tempore Roma vel Carseolis sed quo tempore in Palestina sit triticea mensis nempe circa medium Aprilem* ejus temporis convenientiam prolixè atque diligenter ibidem Bochartus evolvit, ut manifesta historiæ hujus ex oraculis divinis petita vestigia in memoratis gentilium solennibus deprehendantur. Consentit Serarius apud *Cornelium à Lapide* loco citato p. m. 169. cujus hæc verba: *Serrarius opinatur ex hoc facto Samsonis orta esse vulpinalia Roma. Romani enim quot annis Aprili mense, quando in circo celebrabant Equiria, i. e. ludos equestres, simul solebant vulpem ardentem tæda exurere cujus ritus originem Ovidius l. 4. Fastorum refert ad rusticum quendam, qui Cassæolis vulpem, eo quod Gallinas suas comedisset, exurere cepit; sed vulpes ex rogo lapsa in vicinas segetes, eas accendit. Verum hoc videtur esse fabula: vera autem est hæc vulpium historia à Samsonè edita, unde videntur Romani illam ut & multa alia, ab Hebræis accepisse. Omnium enim gentium ritus & superstitiones Roma in se transtulit.*

S. XXIII. Non fert instituti nostri ratio, hanc litem cum Marshamo atque Spencero disceptare hoc loco, qui se, quod volunt asserere non posse putant, ut homines eruditionem suam miraculi instar stupendam esse credant, nisi crudissimas & impias opiniones stabilire se posse iisque probabilitatis speciem conciliare ostendant, inter quas præcipua, quod ritus quoque sacros Ebræis proprios Ægyptiis vendicent; quos eruditione & opera hic abutentes qui refutare velit antiquitatum monumentis & præcipue ex Clementis Alexandrini scriptis se probe instruat necesse habet. Verum enim vero Ebræorum genti hæc deberi, universim omnia qui solide cognoscere velit, adeat Seldemum de Jure N. & G. Edmundum Dickinsonum in Delphis Phœnicis-  
santibus, Vossum in libris de Idololatria, & in disputatione de reliquiis revelatiouis divinæ inter paganos Summe Reverendum, Magnificum Dnum Balthasarem Bebelium Parentem nostrum in Christo venerandum, decujus adventu almæ matris nostræ nobisque gratulamur,  
Deum precati, qui nobis hoc Palladium propitius concessit, idem id clementer conservare velit.


M. O. A.















quo in posteriori usus est, et ad sententia  
proxime accedit. Ita enim oraculum nos  
*Tu ancora sarai liberato del sangue del tuo patto  
prigioni de la cisterna, de la quale non è acqua.*

§. XXI.

Atque haec sunt, quae de illustri oraculo  
et ingenii mei imbecillitas, et temporis, quo  
gustia, et laborum, quos officii mihi deman-  
davit, ea, qua decet, fide perficiendorum con-  
conicere permisit. Facile praevideo duplicem  
nonnullis contra sententiam meam formatum.  
Alii oraculum hoc dictis scripturae sacrae,  
servatoris nostri testantibus, subtrahi conquire  
hanc ἐξήγησιν ad, nescio quem, chiliasmum  
mabunt. Verum enim vero de redemptionis  
catoris quae ex scripturarum sacrarum fontibus  
ea utique ad oraculum nostrum, et quidem  
foederis, in illo commemoratum, referri possunt  
omnia. Tantum enim abest, ut dictum Zacheriae  
one et morte, atque adeo de redemptione le-  
cari posse negem, ut potius salutarem hanc  
priori huius oraculi inciso confirmare, et con-  
demptionis nostrae hostes, tueri nullus dubi-  
ultima huius oraculi verba, non de redemptio-  
catoris, sed de liberatione ecclesiae acceperit  
que exegeseos studium me impulit, eoque  
me in futurum esse spero, minimum apud eos  
in sacris literis reuelatam, eiusque indagati-  
ciunt, quam quidem hominum, vel erudi-  
nae doctrinae propugnandae studio immor-  
mam confectorum, auctoritatem. Eos autem  
rem chiliasmi heic latere dixerint, ne mor-  
chiliasmum, in Augustana confessione reie-

H 3

